



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 128. Bellum inter Catholicos, & Protestantes in Avenionensi comitatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

effet  
pri-  
quod  
adi-  
emet  
orita-  
Regi-  
rote-  
tium  
d ad  
ctum  
o se-  
n Ju-  
cipe-  
par-  
a vi-  
edi-  
Hæc  
obus  
Ca-  
vini  
sen-  
Pro-  
qui  
nen  
jus-  
na-  
suf-  
en-  
re-  
nt:  
nde

unde paulopost adventantibus Deputatis, **Sæcul. XVI.**  
quos Parisiensis Senatus juxta edictum **A.C. 1578.**  
nominabat, hæc Curia suppressebatur.

### §. CXXVIII.

*Bellum inter Catholicos, & Prote-  
stantes in Avenionensi Comitatu.*

Cum paci regno reddendæ infudare- **Thu. l. 66.**

tur, interea belli furor in Avenio-  
nensi Comitatu in apertas erumpebat  
flammas, opitulantibus Papæ Ministris,  
qui Protestantibus quicquam indulgere  
recusabant: cum autem utriusque par-  
tis Proceres hanc ditionem innumeris  
calamitatibus expositam deplorarent,  
quosdam Nemausum vicinam urbem ab-  
legant, ut hæc dissidia dirimendi media  
excogitarentur, ubi diu, acriterque dis-  
ceptatur, an Protestantibus, prout po-  
stulabant, in summi Pontificis ditioni-  
bus publicos cætus habendi libertas con-  
cederetur, tandem vero die octava No-  
vembris pacificatio fanciebatur, viginti  
duobus comprehensa articulis, quorum  
præcipui erant sequentes.

### §. CXXIX.

*Sancitis concordiae articulis bello finis  
impositus.*

I. Nemini propter Religionem mole- **Thu. an. t. e.**  
ftia fiat, II. Protestantes bonis,  
possessionibus, ac dignitatibus, a qui-  
bus